

Georg Detharding

Natalem Auspicatissimum Serenissimi Principis Ac Domini, Domini Caroli Leopoldi, Ducis Regnantis Megapoleos ... Die XXVI. Novembr. A. MDCCXXXIV Qvinqvagesima Qvinta Vice Felicissime Recurrentem ... De Meritis Ducum Megapolensium In Academiam Rostochiensem ...

Rostochii: Typis Joh. Jacob. Adleri, [1734]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1793951721>

Druck Freier  Zugang



2°

Carl Leopold.

1713 - 1748.

Mkl 21

1926 4°



16



35 Stücke

Mathog. 8 I.

1926. 40

V
20.

NATALEM
AUSPICATISSIMUM
SERENISSIMI PRINCIPIS AC
DOMINI,
DOMINICAROLI
LEOPOLDI,

DUCIS REGNANTIS MEGAPOLEOS,
PRINCIPIS VETUSTÆ GENTIS HENETÆ,
SVERINI ET RACEBURGI, COMITIS ITEM SVERINENSIS,
TERRARUM ROSTOCHII ET STARGARDIÆ
DYNASTÆ,

*ACADEMIÆ HUIUS PATRONI AC CANCELLARII
MAGNIFICENTISSIMI,*

DOMINI NOSTRI LONGE CLEMENTISSIMI,

DIE XXVI NOVEMBR. A. MDCCXXXIV

QUINQVAGESIMA QUINTA VICE FELICISSIME
RECURRENTEM,

EUNDEMQVE

*IN ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS AUDITORIO MAXIMO,
HORA X. ANTEMERIDIANA,*

INTER CONCENTUS MUSICOS,

PRÆVIA ORATIONE SOLENNI,

DE

MERITIS DUCUM MEGAPOLENSIUM IN
ACADEMIAM ROSTOCHIENSEM,

ARDENTISSIMIS VOTIS, PIE CELEBRANDUM INDICIT,

ET AD HUNC ACTUM

MAGNIFICUM DOMINUM RECTOREM, UTRIUSQUE
REIPUBLICÆ PATRES CONSCRIPTOS, OMNIUM FACULTATUM DNN.
DOCTORES, LICENTIATOS, VERBI DIVINI MINISTROS, PHILOSOPHIÆ MAGISTROS,
GENEROSUM ET NOBILISSIMUM STUDIOCORUM CHORUM, OMNESQUE DENIQUE
LITERATOS ET LITERATORUM FAUTORES, QVA DECET, OBSER-
VANTIA ET HUMANITATE INVITAT

GEORG. CHRISTOPH. DETHARDING;

D. & P. P.

ROSTOCHII,

Typis JOH. JACOB. ADLERI, SERENISS. PRINC. & ACAD. Typogr.



Actus inter solennes in Academiis celebra-
 ri solitos, cujuscunque existant indolis, aut quam sint
 vel sua frequentia accepti, vel rituum in illis obviorum
 splendore graves, vel magnificentia sua venerabiles,
 nullum tamen jucundum magis, dulcem magis,
 acceptum magis & exoptabilem dici posse, eo, qui

Natales Serenissimorum & Augustissimorum Principum celebrat
 auspicatissimos, natura non minus rei loquitur, quam optimorum
 quorumcunque suffragium.

Quodsi enim consideremus Actus Inaugurales, quos Promotiones nuncupamus, quando victrices palmas & triumphales
 lauros strenue in Minervæ castris militantibus observamus distributas;
 omnium quidem animi ad lætitiã excitantur, calent quippe prela,
 ovat Musarum chorus, Patres conscripti triumphant de gloria
 Academiæ exinde subnata, & quorum comas lauro Apollo cingit,
 hi congaudentibus de acceptis honoribus, & vota fundentibus
 debitas grates fronte exporrecta referunt, Ast diademata hæcce
 honorum, studiorumque præmia, dum spolia sunt, quæ Principum
 clementia in orbis decus & incitamentum aliorum, magno scientiarum
 incremento distribuit, manu nos ducunt, ut de Horum salute magis
 gaudeamus, qui tantorum beneficiorum liberalissimi sunt promi
 condi, & lætissimo pectore exsultemus, quoties Eorundem memoriam
 Natalis dies in animum revocat,

Sive ad diem solennem attendamus, quo Fasces Academici
 de manu in manum Successori in regimine porriguntur illibati,
 quando Sceptra auro atque argento nitentia fulgore suo oculos
 æque

æque ac animum percellunt; concentus musici undiquē perforant, Docentes æque ac Discentes curas suas humeris Magnifici Rectoris læto animo imponi vident, & de obsequii gloria magna animorum dulcedine certatim contendunt. Cujus honoris & existimationis amplitudinem, qui intelligere gestit, habet, ut numerum adeat tot Principum, quos Rectores Academiarum Magnificentissimos esse, nec piguit, nec in hunc usque diem tæduit. Verum ad istud culmen lætitiæ accedere honoris Rectoralis collationem, in quo gaudia de Principum salute sunt collocata, quæ dies Natalis nobis quotannis offert, hic modo dixerit, qui prætulit rivulos limpidissimo fonti, proles Parentibus, ramos arbori; omnis siquidem exinde suboriens honor, omnis potestas, hinc quoque omne, quod comitatur, gaudium à Principum autoritate emanavit, hodieque splendorem suum habet & servat.

Sive denique ipsum diem Principis Onomasticum respiciamus, neminem nostrum crediderim fore negaturum, eundem equidem omnibus subditis, sic & Academiae charum atque acceptum esse, aut gaudiis sub die Natali subortis nequaquam æquivalet. Differt enim ratione ordinis, præcedit quippe nativitas, sequitur nominis impositio, & lætamur de Principe nato, quando Eiusdem nomina adhucdum ignoramus: Differt ratione indolis, Principem enim nasci, Divinae clementiæ opus est, id quod non levem symbolam plausibus subditorum addit, quando nominum collatio arbitrio humano tribuenda; Differt tandem ratione frequentiae, dum memoria diei natalis, quæ gaudia nostra postulat, non nisi semel annuatim recurrit, tot vero nomina Principi data aut inter se de feriis suis certarent, aut si singula velint singulos dies, familiaritas solennitati æque ac lætitiæ invito etiam detraheret.

Jamjam ab indefinitis seculis penes gentes moratiores consuetudo celebrandi dies Principum natalitios invaluit, ut vel ex eo amorem obsequiosum, gaudiumque de Horum salute testatum facere annisi fuerint. Ægyptiis festa genialia fuisse sveta & solennia, facer Codex nos informat, quando Pharaonem die natalitio splendida convivio celebrasse relatum legimus. Quantane vero documenta lætitiarum apud Romanos sub luce Imperatorum geniali? Dies talis habebatur Sanctus, maximus erat acclamantium concursus, vestes non nisi sericeæ, auroque distinctæ, cingula lapidibus pretiosis coruscantia cernebantur, munera offerrebantur natalitia, conviviorum & epularum splendidissimi apparatus & in primatu pro documento majori fidelitatis habebantur. Haud quoque foret explicatu difficile, quam mores isti ad Judæos, imo ad Christianos transferint, quam hi dies auspici-


cia

cia à votis sumperint, quam convivando continuaverint, quam lætitiarum omnia fuerint plena, nisi ab instituto, cujus gratia hæc præmissi, nimis longe recederem.


Dies nempe instat vigesimus sextus hujus mensis Novembris, quem Supremum Numen voluit esse Natalem *SERENISSIMI PRINCIPIS ac DOMINI, DOMINI CAROLI LEOPOLDI, DUCIS REGNANTIS MEGAPOLITANI, PRINCIPIS VETUSTÆ GENTIS HENETÆ, SVERINI ET RACEBURGI, COMITIS ITEM SVERINENSIS, TERRARUM ROSTOCHII ET STARGARDIÆ DYNASTÆ, PATRONI AC CANCELLARII HUIUS ACADEMIÆ MAGNIFICENTISSIMI, DOMINI NOSTRI LONGE CLEMENTISSIMI.* Dies, quem acceptissimum, atque maxime solennem nostra Academia nuncupat. Dies, qui non expectat nostra Jubila, sed se invenire jamdum sperat, Dies, qui non convivia, non munera desiderat, sed animos nostros nostraque corda votorum calidissimorum plena. Dies, qui nova lætitiæ semina spargit, à quibus larga beneficiorum messis expectanda.


Ut vero palam constet, quonam gaudio exinde sit percita hæc Musarum Sedes, me Interpretem voluit Patrum Conscriptorum unanimis consensus, licet tanto muneris vix, ac ne vix quidem me satisfacere posse, jam semel, data hac occasione expertus fuerim. Submissa tamen erga *SERENISSIMUM PRINCIPEM* veneratio, amor devotus, & ardor fidem inviolatam publice declarandi, quantacunque superat obstacula, ut perendina hora X, antemeridiana, inter concentus musicos, præmissa ex consuetudine Oratiuncula: *De Meritis Ducum Mecklenburgensium in Academiam Rostochiensem*, pro salute *MAGNI* nostri *PRINCIPIS*, Ejusdemque inconcussa felicitate, humillimas calidissimasque ad Summum Numen mittere preces in animum duxerim. Ad quem Actum Panegyricum, *Magnificum Dominum Rectorem, Utriusque Reipublicæ Proceres gravissimos, omnium Facultatum Doctores, & Licentiatos fulgidissimos, Verbi Divini Ministros religiosissimos, Philosophiæ Magistros Præclarissimos, Studiosos generosos & nobilissimos, omnes denique Literatos & Literatorum Fautores*, ea, qua par est, observantia & humanitate invito.

P. P. Anno MDCCXXXIV, die xxiv. Novembr.



33
LBMV Schwerin
000 195 448





animam percellunt; concentus musici undique per-
Docentes æque ac Discipuli curas suas humeris Magnifici
s læto animo imponi vident, & de obsequii gloria ma-
morum dulcedine certatim contendunt. Cujus honoris
mationis amplitudinem, qui intelligere gestit, habet,
erum adeat tot Principum, quos Rectores Academiarum
centissimos esse, nec piguit, nec in hunc usque diem tæ-
Verum ad istud culmen lætitiæ accedere honoris Recto-
lationem, in quo gaudia de Principum salute sunt col-
quæ dies Natalis nobis quotannis offert, hic modo di-
ui prætulerit rivulos limpidissimo fonti, proles Parenti-
nos arbori; omnis siquidem exinde suboriens honor,
potestas, hinc quoque omne, quod comitatur, gaudium
pum autoritate emanavit, hodieque splendorem suum
cervat.

ve denique ipsum diem Principis Onomasticum respicia-
minem nostrum crediderim fore negaturum, eundem equi-
nibus subditis, sic & Academiæ charum atque acceptum
gaudiis sub die Natali subortis nequaquam æquivalet.
nim ratione ordinis, præcedit quippe nativitas, sequi-
stitio, & lætamur de Principe nato, quando
adhucdum ignoramus: Differt ratione indolis,
nasci, Divinæ elementis opus est, id quod non
plausibus subditorum addit, quando nomi-
trio humano tribuenda; Differt tandem ratio-
m memoria diei natalis, quæ gaudia nostra
i semel annuatim recurrit, tot vero nomina
inter se de feriis suis certarent, aut si singula
s, familiaritas sollemnitati æque ac lætitiæ in-
heret.

ndefinitis seculis penes gentes moratiores con-
li dies Principum natalitios invaluit, ut vel ex
quiosum, gaudiumque de Horum salute testa-
fuerint. Ægyptiis festa genialia fuisse sveta &
Codex nos informat, quando Pharaonem die
a convivia celebrasse relatum legimus. Quan-
enta lætitiarum apud Romanos sub luce Impe-
Dies talis habebatur Sanctus, maximus erat
oncurfus, vestes non nisi sericeæ, auroque di-
apidibus pretiosis coruscantia cernebantur, mu-
ur natalitia, conviviorum & epularum splendi-
s & in primatu pro documento majori fidelitatis
ud quoque foret explicatu difficile, quam mores
no ad Christianos transferint, quam hi dies auspi-
cia

